



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlvm VI. Quamuis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

ctionis & postulationis in ordine ad impe-
trandum admissionem, vel confirmationem.

CAPITVLUM VI.

Quamuis.

PARAPHRASIS.

Duobus Iudicibus causa à Sede Apostolica
commissa erat, sed non addita clausula; Si
vnum cognoscere non posse, aut nolit, vt
alter solus cognoscatur. Dubitatum est, an
hoc casu alter Iudicium causam alij, etiam
ipsi Coiudici suo, subdelegare posset. Ad
hoc responderet Alex. III. affirmatiuè,

SUMMARIUM.

*Index iudicare potest, vt delegatus & subde-
legatus; non debet tamen variam, sed
vnam sententiam proferre: quod locum
habet in omnibus casibus pendentibus
à indicio intellectus; secus probabilitet
est in casibus pendentibus ab arbitrio
voluntatis.*

NO T A N D V M Vn. Index duplici iu-
re, ac veluti duas personas agendo iudi-
care potest, videlicet delegatus, & vt subdele-
gatus. Sed necesse est, vt vnam, non variam
sententiam proferat, vt bene hic monet Abb.
n. 2. Decius prope finem, iun. addit. Quia
qua conscientia iudicat aliquid iustum esse
vt delegatus, eadem quoque vt subdelegatus,
arg. c. penult. §. Porro, iun. Gl. ver. nihil agit.
Et admonet Decius post Abbat. ex c. cum
olim, de sent. & re iudic. id locum habere in
omnibus negotijs pendentibus à iudicio in-
tellectus: Ut si quis duplici iure fungatur in
præsentando clero ad beneficium, v. g. vt
Ecclesiæ Præpositus, & vnum ex Canonicis;
vel si Procurator à duobus constitutus ad
præsentandum, vel eligendum, quod in ta-
libus casibus diuersos nominare non possint.
Sed in pendentibus ab arbitrio voluntatis
secus dicendum, ait Decius, contra Lapum:
v. g. si duæ electiones in discordia factæ sint,

quod contemptus. seu ad eligendum non
vocabus, possit vni earum se opponere, vt re-
scindatur, alteri se non opponere. Quod pro-
babiliter dictum videtur, saltem si rationem
afferat contemptus, cum huic, non alteri ex-
ceptioni se opponat, ne alioquin ex iniurial
æmulatione procedere videatur.

QUÆRES. Quæ fuerit ratio dubitandi in
hoc c. Ea fuit: Quia si duobus Iudicibus
causa commissa fuit non in solidum, sed vni-
mul cognoscant, non addita clausula, Simen
omnes, vnum sine altero cognoscere non pos-
set. c. causam, i. 6. hoc tit. Sed solutio est: qua
alter, cui socius partes suas committit, non
censetur solus, seu iure singulari iudicare, fid
tam suo, quam socij nomine. Et cum iure
concessum sit delegato Principis partes suas
alteri subdelegare, fauor iste seu priuilegium
ob Principis honorem datum restringi non
debet, sed potius amplè interpretandum, vt
etiam ipso coiudici commissio fieri possit.

CAPITVLUM VII.

Significasti.

PARAPHRASIS.

Si Iudex à Sede Apostolica delegatus ex-
ecutionem sententia à se latè Ordinario
committat, is verò vel nolit, vel non possit
(alijs sibi resistentibus) exequi, non pro-
hibetur delegatus ipsemet, Apostolice
bi commissa auctoritate exequi, & eos qui
resistunt, Ecclesiastica censura coercere.

SUMMARIUM.

1. *Delegatus Principis, cui absolute causa
commissa est, habet potestatem cogni-
scendi, decidendi, exequendi, vel execu-
tionem alteri committendi.*
2. *Delegatus Papa, si Ordinarius vel Pro-
cepis laicus inuocatus non velit, vel pos-
sit succurrere, potest ipse manus armata
sententiam suam executioni coman-
dat.*
3. *Episcopus temporali iurisdictione co-
rrens potest habere armatos officiales pa-
rami*